

HIERONYMUS STRZEMIEN COMES
STROYNOWSKI

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPUS LAMBESITANUS, EPISCOPUS COADJUTOR LUCEORIENSIS ET ZYTOMIRIENSIS, DESIGNATUS EPISCOPUS DIÆCESANUS VILNENSIS ET ADMINISTRATOR AD DIEM CANONICÆ TRANSLATIONIS, MEMBRUM COLLEGII ROMANO CATHOLICI. ORDINIS S. ANNÆ 1mæ CLASSIS ET S. STANISLAI EQUES.

*Mustri Honorabili Viri Domino Augustino Rogowski
Ordinis Canoniarum Regularium Beatorum Martiri de S. Antonio
Presbytero, Provinciae Lithuanae ejusdem Instituti Secretario,
nec non Ecclesia Parochialis Vilnen. tit. S. Casimiri Praeposito =*

*N*obis in Christo dilecto, salutem in Domino. Ut in Matrimonium per verba de præsenti, servato ritu S. Matris Ecclesiæ, et forma à S. Concilio Tridentino præscripta: *Generosus Dominus " " "*

*Antonium Sawicz, Juvenem, et Annam de domo Górnab-
ska, primo voto Sankowska, per duas conformes sententias plene di-
vortiatam, et ad inveniendum novum matrimonium liberam pronuncia-
tam, Parochianam Vilnensem Ecclesia S. Joannis, denunciationibus
omnibus omisis - - - conjungere valeas, per præsentem*

facultatem Tibi impertimur: quoniam justis de causis in prædictis dispensandum censuimus, prout dispensamus. Ad quem effectum assistendi prædicto matrimonio presentibus literis. *De in locum proprii Parochi malieris per expressam substitutionem =*

Oneramus vero tuam conscientiam, ut antequam ad prædicta accedas, examen diligens instituas, ne copulandis consanguinitas, affinitas. raptus, sive aliud quodvis obstet impedimentum Canonicum. Volumus item, ut fides de Matrimonio hujusmodi cum Testibus, et præsentem licentia, libro copulatorum Ecclesiæ *Paroch. S. Joannis omnino* inseratur. In quorum fidem etc. Dat: Vilnæ hac die 6. Mensis *Juniij,* 1814. Anno =

1.230.

+ Hieronymus Episc.



*Pro Secretario Mathias Wajnszweig
= Pro Deo S. Joannis Chausson*

